

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Intentio g
cum fonte primo

Tunc solum Deo uera obsequia reddimus
cum eum propter amoris fiduciam non
timemus; cum nos ad bona opera
affectus non metus dirigit, cum malum
nostre menti non placet.

Nam
tunc solum Deo uera obsequia reddimus
cum eum propter amoris fiduciam non
timemus; cum nos ad bona opera
affectus, non metus dirigit; cum malum
nostrae menti iam non placet
etiam si licet.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 9, 41
(CCSL 143, M. Adriaen ed., p.503,
ll.13-16).

Non est census in crimine sed
affectus.

Non est ergo census in crimine sed
affectus.

Gregorius in moralibus.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 10,
30 (CCSL 143, M. Adriaen ed., p.572,
ll.9-10).